PS. EUSEBIUS CREMONENSIS. PS. AUGUSTINUS. PS. CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS. ISIDORUS HISPALENSIS

Salzburg, 1470 Seite 20r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



filij carissimi quo censeamini uocabulo
Monachus idest unus. Non decet monachum
uelle hrē et nolle nisi in non peccando
Sit nobis uelle et nolle hoc unum omnibus
bonis in rebus licitis obedite. Nec sint
uobis plura precepta ut faciatis Non est
obediens sed negligens qui sm expec-
tat mandatum Ad unius dr uissionis uo-
cem Petrum et andream relictis retibus et
omnibusque habebant domini secutos esse ves-
tigia. hoc sp uera optat obediencia nunquam
sue obtemperare uoluntati Sed reueren-
ter aliene. Istud nempe in ultima cena ex-
emplum christus reliquit cum suorum ab-
luens pedes discipulorum. Petro dixit quod nisi
obediens fieret non haberet partem secum
Idcirco dilectissimi filij Sicut uobis unum
est nomen monachi ita sit unum uelle et
unum nolle. Bonum est enim et iocundum ha-
bitare fratres in unum

Nec sit in uobis maior nec minor
Sed qui precessor est fiat sicut iunior
ne uideliz regum gencium instar quod
maior est in uobis dominetur ceteris fratribus
ut ab eis gaudeat supuacuis laudibus
Sz attolli Ad exemplum regis ihesu christi
maior humilitate efficietur quasi minor
quibus regendis preest Sit enim uester maior

20